



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita Ioannis Berchmanni Flandro-Belgæ Religiosi Societatis Iesv

Cepari, Virgilio

Antverpiæ, 1630

Ad extirpandas radices peccatorum in communi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46083](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46083)

V I T A
facere purè ad gloriam Dei, in gratiarum actionem, vel præparationem ad Communionem, & vt impetrem, verbi gratià, sincerum affectum erga B. Virginem, & veram internam humilitatem.

Tertiò, vni cum simili actione Christi. Postremò, dole de malo, gratias age de bono.

De emendatione vitæ.

Ad extirpandas radices peccatorum in communi.

MOTIVA: Primum, Si non procedam ad radices, semper discam, & nunquam ad scientiam perueniam.

Secundum, Si non procedam ad radices, semper ero in actu primo, & dispositione proximâ ad peccatum, primò veniale, deinde mortale.

Tertium, Festina eas euellere, cum adhuc teneræ sunt: si enim nimum confirmentur, postea, cum voles id facere, non poteris.

Remedia. Primum, examen particulare diligens; secundum, oratio feruens; tertium, mortificatio assidua.

SVPER-